

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicicia bh  
cum fonte primo

Verus amicus nunquam reperietur.  
Est enim is qui est tanquam alter idem.

Ipse enim se quisque diligit,  
non ut aliquam a se ipse mercedem  
exigat caritatis suae,  
sed quod per se sibi quisque carus est;  
quod nisi idem in amicitiam transferetur,  
verus amicus numquam reperietur;  
est enim is qui est tamquam alter idem.

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*, 80 (J.G.F. Powell ed., p.355, ll.2-7).

Sed plerique peruerse,  
nec dicam impudenter,  
habere talem amicum uolunt  
quales ipsi esse non possunt;  
et que ipsi non tribuunt amicis,  
hec ab eis desiderant.

Ibidem (Tullius de amicicia).

Sed plerique perverse,  
ne dicam impudenter,  
habere talem amicum volunt  
quales ipsi esse non possunt,  
quaeque ipsi non tribuunt amicis,  
haec ab eis desiderant.

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*, 82 (J.G.F. Powell ed., p.355, ll.17-20).